



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Co[n]fessionale domini Antonini archiepiscopi Flore[n]tini

Antoninus <von Florenz>

Hagenaw, 1508

VD16 A 2955

Excommunicationes papales co[n]cernentes religiosos & religiosas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30653

De excommunicatione.

Excommunicationes papales concernentes religiosos religiosasq;

De clericis et religiosis inducentibus ad vouendum iurandum vel promittendum de eligendo apud eos sepulturam vel ut eam ulterius mutant iam electam excommunicatio est papalis. p. cle. cupientes. d. penis. De religiosis qui absque speciali licentia proprii sacerdotis scientiam retinent in matrimonium aut ministrant sacramentum eucharistie vel extreme unctionis. cle. j. d. puile. reli. est excommunicatio papalis. De religiosis qui excommunicatos a canone absoluunt a casibus non cessis aut qui absoluunt a sententiis per statuta synodalia vel provincialia promulgata. aut absoluunt a pena et a culpa est excommunicatio papalis. p. cle. j. de puile. rel. De inquisitoribus hereticorum qui odio gratia vel lucro et amore contra iustitiam et conscientiam omiserint contra quempiam procedere. vel ipsam heresim alienis imponerent. aut imponerent quod impedirent officium suum est excommunicatio papalis p. cle. multorum. de here. De mendicantibus professis qui transeunt ad aliquam religionem monachalem excepto ordine cartusianorum. et recipientibus tales

scienter est excommunicatio papalis per constitutiones Martini factas statim. De clericis scienter et sponte communicantibus excommunicatio papalis secundum Hostium. Ista excommunicatio tamen habet dubium extra de sen. exco. c. significasti.

De participantibus in crimine propter quod aliquis est excommunicatus aliquid predictarum excommunicationum est excommunicatio papalis per. c. si concubine. extra de sen. excom. De his qui absoluentur ab aliqua predictarum excommunicationum extra sedem apostolicam preterquam in articulo mortis. qui taliter absoluti si non se resipuerint citius possunt ei a quo sunt absoluti. vel mittant pro absolute reincident in eadem scilicet papalem excommunicationem. p. c. eos. d. sen. excom. li. vj.

Excommunicationes episcopis ex iure reseruate.

De verberantibus clericos religiosos vel moniales. seu talibus manus violentas iniicientibus seu temerariis est episcopalis excommunicatio si fiat leuis iniuria talibus. per capitulum peruenit. extra de sente. exco.